ODO LUCENSIS. FLORUS LUGDUNENSIS. GUALTERUS DE MAURITANIA. SENTENTIAE. HUGO DE SANCTO VICTORE

Waldsassen (Oberpfalz) (?), Ende 12. Jh. Seite 1r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=460
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pma pars magistri hugonis de sancto victore

De fide et spe quę in nobis est. De fide et spe.

omni poscenti rationem reddere. ut ait petrus in epistola sua: paratis esse debemus cum modestia et timore. Itaque ut paritur seruentur. modestia in sermone. timor in assertione. planas uerborum nouitates ut apostolus precipit uitemus. et in multis partibus precipitii assertione declinemus. Nisi enim non eloquia magna ubi sine pericolo non errat. quę diffinire ratio. Sed ubicumque possumus. auctoritatum uestigia imitemur. Vbi certa de re auctoritas. his potissimum assentire studeamus quę maxime auctoritatibus accedit. et non de sensu presumente scripturam ex pietate interpretantur. Scriptura enim ut ait beatus augustinus altitudine superbos arridet. profunditate attentos tenet. magnos ueritate. parvulos nutrit affabilitate. Si quę nobis igitur obscura occurrerint. sit nostri propositi primum ad auctoritatem confugere. deinde quod nostri temporis sapientes inde sentiant in medium offerre. et cur potius hos quam illos imitari placeat. rationem et auctoritatem simul ac rerum uiribus pro facultate nostra simul in lucem ponere. Et quo fide tamquam mensura omnia moderanda sit ne quidquid superfluum defluat. dicente apostolo unicuique sicut deus diuisit donum secundum mensuram fidei: de ea in primis et uidendum quid sit. et quas partes habeat. Diffinitio fidei.

Fides ut ait apostolus. est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. Substantia rerum sperandarum. quia per fidem sperandum in nobis subsistunt. sperandum uocat illa bona eterna quę desiderantur. ut immortalitas. et cetera quę in nobis iam per fidem subsistunt. in futuro per experimentum. Argumentum non apparentium. id est rationem non subiacentium. quia si quis dubitat indem posse aliquando humana ratione probari. ut si quis quereret partum uirginis. futurum iudicium electorum non habeo aliud argumentum. non credo indubitanter quod prophete et alii quia per

probata

Bibliotheca Claustroneoburgensis sum turc inscripta ib. Sept. 1656.